



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Dos, paraphernalia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

nararij ingratitudinem *Mol. d. 281.*

Modus impossibilis, aut turpis donationi, aut alij contractus appositus habetur pro non adiecto. *Mol. d. 208. col. 5.*

Natis filijs, donatio extraneo facta reuocatur in totum. *Mol. d. 282. 294. nu. 10.*

Donatarius, natis donati filijs, tenetur dona restituere. *Couar. epit. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 17. ex l. si unquam C. de reuo dou.*

*Dos, Paraphernalia vide diuortium, Hereditas, Matrimonium, Parentes.*

**M**atrem filij non tenentur dotare, filia tenetur pater: & indigentem etiam paternus, & frater ex eodem patre. Qui autem dedit filijs legitimam, non tenetur eis, vel eorum filijs dotem dare: & si auus dedit dotem, computabitur nepotibus in legitimam.

\* Pater & *Couar. epit. p. 2. c. 8. §. 6. num. 11. Syl. Dos 4. Frater. §. Syl. l. c. 6. Mol. d. 124. col. 7.* non autem si sit ex matre soror: at plures putant, patrem, & fratrem teneri ad alimenta filia, & sorori, non autē ad dotem. *Mol. l. c. ex Greg. Lopez.*

2 Pater filiam tenetur iterum dotare, si illa, etiam ex culpa, dotem perdiderit: succedit enim dos loco alimentorum.

\* Id verum putat *Barth. ad l. si cum dotem, §. si post. ff. solu. matrim.* si filia dotem amisit sine dolo,

dolo,  
Su  
3 Acc  
si dos  
domu  
men  
culpa  
negar  
\* Syl.  
ei § Syl  
pram  
tem b  
4 Fr  
fuit vi  
dum, n  
fructus  
sibi vx  
ei sint,  
bona v  
confun  
\* Fu  
7. §. 1.  
nu. 155.  
5 Mo  
trimon  
tem do  
relinqu  
Sufficit  
micilij  
bi cont

dolo, & culpa. *Syl. l. c. 4.*

Succedit *Bal. citatus à Syl. l. c.*

3 Acceptam sine dote tenetur vir alere. Quod si dos promissa non soluitur, non tenetur in domum accipere, aut alere; non potest tamen ea de causa à domo pelli, si ipsa sine culpa est; nec ei potest debitum coniugale negari.

\* *Syl. l. c. nu. 11.* { Nō potest } *Cona. l. c. nu. 2.* { Nec ei } *Syl. l. c. Fum. vers. Dos. 11. qui nu. 9.* ait, virum pramorientem cum filijs teneri quintā partem bonorum relinquere acceptæ sine dote.

4 Fructus dotis vsque ad mortem vxoris sunt viri: quod verò superest à viro restituendum, nisi modicum sit. Nec tenetur restituere fructus paraphernalium, id est bonorum, que sibi vxor præter dotem reseruat, si vel modici sint, vel de illius voluntate consumpti; nec bona utriusque communia, etiam à se malè consumpta.

\* *Fum. l. c. 3.* { Nec tenetur } *Couar. epit. p. 2. c.*

7. §. 1. numer. 3. { Nec bona } *Nauar. ca. 17. nu. 155.*

5 Mortua vxore ante consummatum matrimonium, non lucratur ex statuto vir partem dotis; cum autem lucratur, debet illam relinquere filijs illius vxoris, si aliam ducat. Sufficit autem ad lucrandum statutum domicilij viri, etiam si aliud sit in statuto loci ubi contractum est.

\*Vide

Vide *Syl. vers Matrimonium* 1. nu. 6. in fine.

6 Dos potest repeti, vel non reddi, viro ban-  
nito, vel ad inopiam vergenti, vel eam dissi-  
panti.

\* *Syl. l. c. 18. Fum. l. c. 24.*

7 Pactum filiae nubentis, quod contenta so-  
la dote, renuntiat bona patris reliqua, non  
valet sine iuramento. *Vide c. 2. de pact. l. 6.*

\* Quod si pater inducat filiam dolo, aut me-  
tu reuerentiali ad iurandum, se fore conten-  
tam dote minori legitima, mortiferè peccat  
contra iustitiam. *Nau. c. 17. nu. 152.*

8 Non potest alienari dos, aut donatio pro-  
pter nuptias, sine iuramento vxoris facto si-  
ne vi, & dolo.

\* *Syl. l. c. nu. 12. & Aut lib. nu. 15.*

9 Occidens vxorem, non acquirit bona,  
quæ alioqui ex morte eius habuisset, itemq;  
si eius culpa vxor obeat, sed habebunt ea v-  
xoris heredes. Perdit & vxor lucrum viri oc-  
cidens. *Vide l. si ab hostibus, ff. sol. matr.*

\* *Fu. l. c. nu. 20. Ex Bart. & culpa Syl. l. c. nu. 16.*

10 Occidens adulteram propria auctoritate,  
perdit bona, quæ alioqui ob adulterium ha-  
beret.

\* *Fum. l. c. Couar. l. c. cap. 6. & num. 7. Sor. d. 37. q. 4. vn. art. 3 fine: nisi ex statuto, aut consuetudine licuisset occidere. Syl. l. c. 16.*

11 Non potest vxor de dotis fructibus, aut  
bonis sibi cum viro communibus donare si-

ne vi-

ne viri consensu.

\*Vide *Nau.c.17.nu.153.*

12 Tota dos reddenda, etiam si vir eius causa multa expendisset.

\**Nau.l.c.nu.155.*

13 Acquisitum ex pecunia vtrique communi, inter vtrumque diuidendum.

14 Pro dote omnia viri bona sunt hypothecata, & pro paraphernalibus, quæ ipse administrat, & pro donatis ob nuptias: sed solam dotem habere priuilegium prælationis quidam aiunt, alij habere etiam donata propter nuptias.

\**Syl.l.c.14.c.ex literis de pign.*

15 Dos præfertur omnibus creditoribus, etiam prioribus, nisi petatur dos præcedens, aut illi habeant expressam hypothecam. Quidam tamen doctissimi, nec id excipiunt, nisi sit consuetudo. At Fiscus præcedens præfertur doti. In dubio autem præcedentiæ alij volunt Fiscum præferri, alij dotem, quod magis probo.

\**Syl.l.c. vide hac de re P. N.l. 4.c. vlt. a.c. 19.*

*Syl.a.nu.12.l.c.*

Præcedens } *P.N.l.c.nu.20. Nau.c.17.nu.50.*

Fiscus } *Syl.l.c.nu.12.*

16 Actio hypothecaria pro dote, valet à tempore quo promissa est; quidam tamen dicunt oportere fuisse viro numeratam.

17 Vidua pauper alenda ab hæredibus viri  
intra

intra annum, quo non coguntur dotem sol-  
uere: sed statim ei reddenda sua immobilia  
& vestes lugubres, quas tamen restituet, si in-  
tra annum nubat, nec aletur, si potest à se-  
cundo viro ali. Quod si est statutum, vt cer-  
tum quid detur vidue vsque ad dotis solutio-  
nem, seruandum est.

\*Vide Lopez l. 2. de contract. c. 20.

Vidua Syl. l. c. nu. 25. § Immobilia C. de rei  
vxo. aff. vn. § exactio.

\*Quod Nau. c. 17. nu. 213.

18 Cum dos promissa non datur, possunt  
interim, & vir, & dotis hæredes frui pignoris  
fructibus, modo non excedant onera matri-  
monij, & fructus dotis, nisi aliter inter se con-  
uenerint, itemque vidua ipsa, & quilibet, cui  
debetur ea dos, etiamsi ad solutionem eius  
dilatio data esset cum pacto de aliquo inte-  
rim dando. Potest verò loco fructuum tan-  
tundem accipere pecuniæ ex dotis fructibus  
percipi solitis. Sylu. vsur. q. 3. Sot. li. 6. q. 1. art. 2.  
Tolet. lib. 5. c. 30. Molin. de contr. disput. 320.

\*Cum dos Vide Lopez l. 2. c. 20. de contr. Coro-  
nam p. 2. pag. 46. Io. B. Cor. q. 230. 238. Mol. d. 321.  
qui dicit generum ratione solum lucris cessan-  
tis, aut damni emergentis posse fructus per-  
cipere, quod tamen non probat. Nauar. c. 17.  
num. 213. putat ratione donationis id posse:  
quod confutat Mol. l. c. dicens id accipi in o-  
nerum recompensationem. Vide c. salubri-

ter de usuris, Couar. l. 3. c. var.

Excedant  $\zeta$  Mercat. de mutuo, & usu. ca. 8. nu. 2. Bannes 2. 2. q. 78. art. 2.  $\zeta$  Vidua  $\zeta$  vide Bannes l. c. Navar. c. 17. nu. 213. Lopez l. c. Sot. l. 6. q. 1. art. 2. Bannes quidem putat non ratione lucri cessantis, sed contractus dotalis, aut feudalis posse viduam recipere fructum non restitutæ dotis: at Mol. d. 322. hoc concedit solû ob lucrum cessans. Vide Syl. l. c. nu. 23.

$\zeta$  Potest  $\zeta$  Mol. l. c. Nau. de usur. nu. 67.

An soluto matrimonio gener adhuc possit fructus percipere. Mol. d. 322.

## DVBIUM.

**1** Dubium est, cum neutri parti assentiris, quod pro utraque sint rationes: Scrupulus verò est cum opinaris quidem, sed cum formidine. Est in opinione assensus, qui deest in dubio, in scrupulo verò est apparentia quædam.

\* Syl. Dubium. Vide Nau. consi. 10. de pæn. & remis. num. 8.  $\zeta$  Scrupulus  $\zeta$  Syl. Scrupulus num. 1. Vide Nau. c. 27. nu. 279 & l. 3. cons. 9. de empt. & vend. nu. 3.  $\zeta$  est in opi.  $\zeta$  Syl. opi. 1.

**2** Ad votum, vel præceptum non teneris, si te non teneri probabilis est Doct. sententia.

\* Met. l. 1. c. 13. §. 7. Instruct. Sot. l. 7. q. 3. ar. 2. at Azorius lib. 2. c. 19. q. 11. contrarium docet, ubi multa de dubia conscientia.

**3** Potest quis facere quod probabili ratione,